

Memoria ~~Robertus Bellarminus~~.

26226

Die 26. Septembris 1614. fer. vi in domo Novitiorum Sancti Andreae de-
gens, et exercitiis spiritualibus vacans, matura praehabita deliberatio(-
ne, in sacrificio Missae, cum sumpturus essem Sanctissimum Domini Nostri
Coppus, votum vovi Domino in hac forma.

Ego Robertus Cardinalis Bellarminus è Societate Iesu, Religiosus pro-
fessus, Voveo Deo omnipotenti, in conspectu Beatae Virginis Mariae, et
totius caelestis Curiae, quod si forte (quod non cupio, et precor Deum,
ut non accidat) ad Pontificatum assumptus fuero, neminem ex consanguineis
vel affinibus meis exaltabo ad Cardinalatum, vel temporalem Principatum,
vel Ducatum, vel Comitatum, vel quemcumque titulum; neque eos ditabo;
sed solum eos adiuvabo, ut in statu suo civili, commodè vivere possint.
Amen. Amen.

Hoc votum feci, non quod damnem eos Pontifices, qui consanguineos,
vel affines idoneos, et dignos, ad Cardinalatum evexerunt; Sed quia exis-
timavi haec tempora ita requirere, ad maiorem Dei gloriam, et Ecclesiae
faciliorem reformationem, et Sanctae Fidei propagationem.

Fuligatti, Vita accresciuta 1644 pag. 226.